

dire iudicatum, postmodum vero ab his, qui elegans propositum
 tuum norunt, plurimum commendatum. addit insuper onus tibi
 eorum, quos modo dixi, preclarorum virorum domestica obver-
 satio ^(a), quibus, etsi velis, carere non possis. adsunt continue qui
 5 et virtuosos ^(b) et scientificos, quales ad eos spectat ^(c), actus exer-
 cent, legunt, disputant, et questiones, que tum rerum varietatem,
 tum vite honestatem tangunt, sedula collatione pertractant. vitam
 innoxiam, mores egregios omitto, quibus quam longe alios ante-
 cellant, notissimum est. talium ergo exemplis se conformiorem ^(d)
 10 et in dies meliorem se fieri unumquemque decet. hec non oportet ^(e)
 procul perquiras. astant sedulo et horas suas in his que dixi nego-
 tiis non otiose consumunt. hoc autem quanti tibi sit oneris tecum
 pensa. adice insuper quantum conari debeas, ut detrahentium
 emulorum, quibus sola caret ignavia, linguas opprimas. dicunt
 15 enim, si nescis, Bononiam alto tuo ingenio sufficere nequisse ^(f), novas
 pro te construendas athenas, nova gymnasia, que condigna tuis vi-
 giliis arbitreris. sin vero, illud Horatii obiectum tibi crebrius au-
 dies: « Celum, non animum ^(g) mutant qui trans mare currunt » ⁽ⁱ⁾
 hec fideliter monui ut qui sim utriusque fortune particeps animo fu-
 20 turus. vale ^(h). Petruspaulus tuus ^(j). Bononie, .vi. nonas maii, 1390 ^(k).

dando così alimen-
 to alla malevolenza
 dei detrattori.

XXII.

P. P. VERGERIO AD UGO DA FERRARA.

[B, c. 35; P, c. 31; C, c. 261 B; Gu, n. 2].

Elegantissimo oratori domino Ugoni artium doctori
 25 amico karissimo ^(l).

ABEUNTEM ^(m) te prosequor, absentem alloquor ⁽ⁿ⁾ crebris ac mul-
 tiplicibus litteris, quatenus in nostro frequentato ^(o) nec omit-

(a) BPCGo observatio (b) Gu continue et virtuosos (c) Gu spectat continue
 actus (d) BPCGo se confirmare, in dies P se confirmare et in meliorem (e) P hec
 non oportet (f) P acquiesce (g) Codd. aerem (h) Gu om. Vale e la data.
 (i) BPCGo om. Petruspaulus tuus (k) P 1380 (l) B P. P. V. Ugoni Ferrariensi
 CP Eiusdem ad eundem (sc. Ugonem) (m) Gu abeunte (n) Gu alloquar (o) CP
 om. frequentato

(1) HOR. Ep. I, XI, 27.

Bologna,
 17 giugno 1390.
 Ricorda con